



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Restituta. 27. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

Deo: aderat proximo quoquo modo laborantī & familiaribus colloquiis, & appositis concessionibus peccatores ad frugem revocabat. Ut quid nihil agis: Dei causa? quia profectio Deum non amas. Nunquam est Dei amor otiosus; operatur enim magna si est: si vero operari renuit, amer non est. Gregor.

S. RESTITUTA.

27. Maii.

*Si fortis armatus custodit atrium
suum* & Luc. ii. cad.

Romæ nata RESTITUTA, ~~Denata~~ Soræ, nobiles natales nobilissimam morte illustravit. Nubilis domi tamen Clausa egit, & formam, quam passim Juventus nobilis desperibat, velut ignem custodijt, non iam Vestæ sed Christi Virgo. Hujus illa unius thalamum suspirabat & aliter etiam Nuptæ nomen refugiebat. Interea invidit DEO Sponsam suam, ut solet, Orcus, adfuitque minas spirans & ignes. At Restituta nuper jam boni Angeli aspectu exhilarata risit rivalcm deformem & tam formidandum monstrum in fugam puella egit. Secundum hæc Christo authore ædihus paternis exceſ-

A 23

fit

sit Virgo Soram abitura , nec tamen sine
comite , nam ad latus Angelum habuit,
qui toto itinere stipavit cuntem. Neque
poterat latere famula Dei , publico mira-
culorum comitatu manifesta. Vix enim in-
gressa est urbem , & jam morbos migrare fe-
cit è corporibus , quo miraculo proditam
nobilem hospitem , nobile hospitium , car-
cer martyrum excepit , ita Agathio procon-
sule jubente. Exin scorpionibus cæsa cecinit.
VII. dies noctesque sine victu clausa cum
Angelis vixit , obliterata jam cibi , Angelorum
aspectu satiata. Deniq; capite unà cum Cy-
rillo Episcopo aliisque truncata cœlum su-
biit , cùm carceris custodes & adeò carnifices
miraculis captos cādem viâ nuper jam præ-
misisset. *Ex Ferrar.*

M E D I T A T I O *De Custodia Casti pudoris.*

I. **S**• RESTITUTA Castro virginitatis tuendo,
primo custodem adhibuit verecundiam ,
quæ custos virtutum omnium ita Cicero. *Parent omni
honesti consilii , tutela solennium officiorum , Magistra ini-
nocentie , chara proximis accepta alionis.* ita Valer.
Max. lib. 4. c. 5. Quomodo te custode pudore ser-
vas à turpiloquiis de harâ Diaboli? à consortiis Ve-
neris & Cupidinis? an excubat hic Castos pudor
in portis

sine
uit,
eque
mira-
n in.
e fe-
tam
car-
con-
init.
cum
rum
Cy-
su-
fices
orat.

in portis sensuum tuorum?

2. Defendendo castro virginitatis suz adiuvuit S.
RESTITUTA firmum præsidium S. Angeli Custodis.
stetaculum facti sumus Deo, Angelis, & hominibus? si
hoc cogitares tecum, erubesceres sœpe facere in
occulto coram DEO & Angelo tuo, quod eoram
homine non auderes. Disce hos Argos centocan-
los actionum tuatum verecundè timere, studiosè di-
ligere, atque hanc salvam quardiam tibi instanter
à cælo deposcere.

3. Ut ab externis insultibus inimicorum Dæmo-
nis, & mundi custodiret atrium suum, domuit ini-
micum domesticum, carnem suam longâ inediâ, plus
Angelorum satiata aspectu, quam ciborum esu. R.
Pet. 5. *Sobrii estote & vigilate:* monitum hoc est Prin-
cipis Apostolorum; abstinentia & vigilantia sunt duæ
pedissequæ castitatis; harum famulitio honestissi-
mo tutissimus eris, si prius membra tua in servitu-
rem redegeris. Neque quinque fatuis sensibus tu-
is Segniter dormire concesseris.

S. GERMANUS EPISCOPVS.

28. Maii.

*Hospes eram, & collegistis me: nu-
dus eram & cooperuistis me: in-*

444

firmus